



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...**

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam  
interpretis donatus

Iter ad coelum in quatuor partium Semitas seu partes, & Fasciculum  
Myrrhæ

**Caraffa, Vincenzo**

**Coloniae Agrippinae, 1660**

De quinto gradu, nempe, de mortificatione intellectus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49363](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49363)

*Eviganda est memoria à phantasmatibus, uti docet*  
*Alberus Magnus, ab illis, inquam phantasmatibus,*  
*que sunt impertinentia, quoque impediunt, distra-*  
*hantque intellectum à sua propria operatione. Intelle-*  
*ctus debet se occupare in cognitione primæ veritatis,*  
*earumque rerum, quæ sanctum Dei conceraunt obse-*  
*quium: & memoria easdem species huic fini necessarias*  
*in se conseruet, necesse est.*

*Alb. Mag.*

De sanctissima Virgine dicitur: *Conservabat omnia*  
*verbà hæc, conferens in corde suo.* Reponerat, con-  
servabatque in mente verba & facta spectantia ad Fi-  
lium suum; *quasi ruminanda, & diligentius illa serv-*  
*tanda.*

*Luc. 2.*  
*Beda. ibid.*

### De Quinto Gradu,

*Nempe, de Mortificatione Intellectus.*

**F**lois intellectus est proponere *objectum voluntati.*  
Unde per hoc, quod convenientia, aut disconve-  
nientia proponat objecta, reddetur intellectus regula-  
tus vel irregularis: *Sicut dantur otiosa verba, inquit*  
*Basilus, ita dantur otiosa cogitata.* Quemadmodum  
lingua mortificanda & continenda est ab omni verbo in-  
convenienti, non ordinato à ratione ad Dei gloriam;  
ita intellectus.

*1. p. q. 82.*

*a. 4.*

*Const. c. 8.*

### De Sexto Gradu,

*Videlicet, de Mortificatione Voluntatis.*

**D**plex est regula humana voluntatis, juxta doctrinam  
S. Thomæ; ratio humana, & ratio Divina, qua est  
prima regula, & lex aeterna Dei, secundum quod est directi-  
va omnium humanorum actuum in suos fines. Et sicut in Deo  
ratio illa & conceptus quo concipi, quomodo sit creandus,  
vocatur Lex; ita ille actus Dei, quo intendit, & deter-  
minat, quomodo rectè operandum in ordine ad finem, q. 93. a. 1.  
dicitur

*1. 2. q. 71.*

*a. 6.*

*q. 93. a. 1.*

dicitur

CONSIL  
LIBRET  
O.V.